

etsi iam sunt exutae materia, tamen retinent conditiones seu proprietates materiae individuae, concreatuae, in natura existentis; retinent scilicet *determinatam* extensionem, figuram, *determinatum* colorem, sonum, odorem, etc. Atqui nihil materiale facere potest impressionem in facultate immateriali ut eam determinet ad agendum. Oportet igitur admittere in intellectu nostro facultatem *abstractivam*, cuius actione essentiae rerum exuantur, non tantum materia, sed etiam omnibus conditionibus individuandis ac materialibus. Tunc ipsae fient universales, immateriales, atque ideo poterunt impressionem facere in facultate *apprehensiva* intellectus illamque determinare ad intelligendum, nempe ad elicienda verba mentalia, conceptus, ideas pariter universales, immateriales (1).

Haec sunt systematis scholastici capita summa, quae sic brevius contrahi possunt. Intellectus noster sibi proculdit ideas universales, quatenus, ex rebus externis sensibus perceptis atque in phantasia depictis, abstrahit seu deprehendit quod est essentiale, commune, universale, relictis omnibus conditionibus individuandis ac materialibus quae illud intra se quodammodo constringunt.

(1) Politiore scholastici docuerunt et docent, cum Alberto Magno, D. Toma, etc., facultatem *abstractivam* et facultatem *perceptivam* intellectus nostri non esse tantum duos aspectus diversos facultatis eiusdem, sed esse duas diversas facultates.

Facultas abstractiva in scholis nuncupata fuit *intellectus agens* vel etiam *lumen intellectuale*, quia, abstrahendo essentiam ex conditionibus materialibus atque individuandis, efficit ut ipsa evadat universalis, immaterialis ac proinde intelligibilis: contra facultas apprehensiva nuncupata fuit intellectus *possibilis* vel etiam *intellectus passivus*, quia, cum egeat determinatione universalis, immaterialis, ut in actum intellectionis prodeat, est aliquomodo passiva.

Item in scholis universale, obtentum actione abstractiva intellectus agentis, designabatur nomine *speciei impressae*, quia quodammodo imprimit intellectum possibilem, ut eum determinet ad intelligendum, scilicet ad conceptum, ideam, in se efficiendam; conceptus vero, idea, designabatur etiam nomine *speciei expressae*.

THESIS. — *Systema scholasticum circa originem idearum admittendum est.*

**Prob. I.** — Si ideae nostrae non sunt sensationes transformatae, non sunt ingenitae animae nostrae, nec per intuitionem Dei, aut per eiusdem revelationem et consequentem traditionem obtineri possunt, admitti debet (iuxta sensum communem hominum) ipsas, non aliter ac species sensibiles, ex rebus externis nobis provenire; alioquin quaestio de origine idearum nullam habebit solutionem. Age vero, uti docent scholastici, res externae, neque per se, neque per suas repraesentationes sensibiles quae adhuc sunt aliquo modo materiales, valent immutare intellectum, facultatem immaterialem, ita ut ingenerentur in ipso species immateriales, ideae. Ergo admittere debemus in intellectu facultatem abstractivam, cuius virtute, occurrente phantasmate quod repraesentat res cum suis conditionibus materialibus, ingenerentur in ipso intellectu species praedictae, ideae.

**II.** — Ordo naturae exoptulat, ut vires inferiores famulentur viribus superioribus. Sic vires physicae et chimicae famulantur viribus vegetativis in elaboratione atque transformatione materiae alimentaris, qua vita sustentatur; vires vegetativae famulantur viribus sensitivis, quatenus efformant apteque disponunt organa sensoria, quibus illae inhaerent. Restat igitur ut vires sensitivae famulentur intellectui. Sed vires sensitivae nequeunt famulari intellectui, nisi praebendo res singulares ex quibus ille, per abstractionem (non suppetit alia via), depromat obiectum sibi proprium, nempe elementum essentiale, commune, universale. Ergo...

**III.** — Conscientia teste, intellectus noster in cunctis suis operationibus indiget aliquo phantasmate; et si perturbatur vel impeditur exercitium phantasiae perturbatur quoque vel impeditur exercitium intellectus. Conforme huic testimonio conscientiae evadit testimonium physiologiae: etenim ipsa quoque asseverat nullam operationem exseri ab intellectu, quin immutatio quaedam fiat etiam in cerebro. Iam facta huiusmodi congruentius explicari nequeunt, quam di-

cendo, cum scholasticis, intellectum nostrum ex phantasmatis abstrahere obiecta sua. Ergo....

IV. — Obiecta sensibilia, quae percipiuntur sensibus externis et internis, sunt individua quidem, sed habent naturam specificè communem, universalem, expressam per illorum definitionem. Iam vero « est... de natura facultatum cognoscitivarum, ut, quando obversatur ipsis aliquod obiectum, unaquaelibet consideret in ipso obiectum proprium et formale, caeteris, quae sunt in ipso....., non consideratis; ita ut totum obiectum sit *animae* praesens, sed non totum praesens sit singulis facultatibus in ratione *obiecti* cogniti... Obiectum autem proprium et formale intellectus est universale, ut saepe dictum est et omnes concedunt. Ergo sicut in obiecto sensibili visus considerat colorem, et gustus saporem, non considerata substantia ipsius sensibilis.....; ita intellectus considerat *universale* in *sensibili*, seu, ut ait S. Thomas (p. I, qu. LXXXIV, art. VII), *speculatur naturam universalem in particulari existentem*, non consideratis notis individuans eiusdem naturae.. Atqui haec consideratio est vera abstractio *intelligibilis* a sensibili individuo. Ergo primitivae ideae universales formantur ex sensibilibus virtute abstractiva intellectus, quam virtutem abstractivam alibi diximus esse ipsum intellectum *agentem* scholasticorum » (ZIGLIARA, Psychol., lib. IV, cap. II, art. V).

Coroll. I. — Merito scholastici docent scientiam sensu incipere atque intellectu perfici.

Coroll. II. — Intellectus humanus, licet ab initio sit, iuxta aristotelicam sententiam, tanquam *tabula rasa*, in qua *nihil est scriptum*; non est tamen tabula rasa mere passiva: est etiam activa.

Coroll. III. — Licet intellectus, utpote facultas inorganica, non habeat dependentiam intrinsecam, seu *subiectivam*, a materia, habet nihilominus dependentiam extrinsecam, seu *obiectivam*; nam ut queat operari semper indiget phantasmate, quod illi praebeat materiam intellectionis.

Coroll. IV. — Ex hoc quod intellectus humanus non intelligit nisi abstrahendo species immateriales a phantasmatis, quae successive in cerebro efformantur, sequitur: —

1) nos paulatim et cum magno labore res intelligere; — 2) ex alterationibus constantibus vel transeuntibus, totalibus vel partialibus, phantasiae et cerebri sequi alterationes, item constantes vel transeuntes, totales vel partiales, in operationibus nostris intellectivis, videlicet sequi diversas species alienationum mentalium (1); — 3) ex maiore aut minore phantasiae et cerebri perfectione, necnon ex maiore aut minore perfectione aliarum facultatum organorumque cum quibus phantasia et cerebrum connectuntur, pendere perfectionem intelligentiae nostrae.

Coroll. V. — Singularia materialia nequeunt intelligi primo et directe, h. e. per se, sed intelliguntur tantum post universalialia, indirecte, et per quandam reflexionem supra

(1) « Fenomeni, dovuti all'alterazione della fantasia, sono quelli che costituiscono la follia o alienazione mentale. E poichè l'intelligenza nell'uomo non può venire all'atto, se la fantasia non cooperi con lei nel modo che diremo, lo scompiglio della fantasia porta con sè, oltre alle illusioni e allucinazioni sensorie e le così dette *idee fisse* (immagini cioè che si fissano così vive e assolute da *inibire* tutte le altre che non abbiano relazione con esse), il disordine nei giudizi e nei ragionamenti.

» L'alterazione poi della fantasia dipende dalla sostanza stessa cerebrale intaccata o per infiammazione, o per tumori o per l'azione dell'alcool; oppure dalla circolazione sanguigna del cervello qua e là accresciuta troppo o troppo diminuita, o da infiammazione delle meningi, o anche soltanto dalla perturbata circolazione dell'agente nerveo nel cervello. Quest'ultimo effetto devesi principalmente alle passioni troppo forti e troppo persistenti, come sarebbe un dolore cocente; e vi dispone quell'eccessiva eccitabilità cerebrale, detta neuropatia o neurastenia, che alcuni ereditano dalla nascita, e altri acquistano conducendo una vita irregolare o agitata da continue e troppo forti emozioni. Si potrebbe adunque la follia definire: *un'esaltazione, una depressione o un'insufficienza funzionale della fantasia, che ha per causa qualche lesione cerebrale e per effetto il disordine dell'intelligenza* ».

» L'alienazione mentale che ha per carattere l'esaltazione funzionale della fantasia dicesi *mania*, se è stabile; dicesi *delirio*, se è un accesso temporaneo dovuto a qualche malattia acuta. Se invece l'alienazione è caratterizzata da depressione funzionale della fantasia, che rende cupo, taciturno, melanconico e apatico il paziente, dicesi *lipomania* o *melancolia*. Che se la follia è caratterizzata da una atrofia cerebrale allora dicesi *idiotia* o *cretinismo*, quando è congenita; dicesi *demenza*, quando è acquisita.

phantasmata ex quibus abstrahuntur universalia (1): id vero non quia *singularia*, sed quia sunt *materialia*, et, utpote materialia, nequeunt imprimere intellectum, i. e. cum intellectu uniri, ut verbum proprium in illo excitent. Quod si aliquid singulare immateriale, uti actus voluntatis, e. g., imprimat intellectum (perfacile autem imprimere potest, cum sit actio immanens animae intellectivae), statim excitabit in illo verbum proprium, ideoque intelligetur directe ac per se.

» La mania alla sua volta può essere totale o parziale. La mania totale, detta anche olomania da *ὄλος tutto*, è uno scompiglio generale della mente. Invece la mania parziale riguarda soltanto un certo ordine di fantasmi, e quindi di idee, che si chiamano fisse, le quali prendono nella mente un predominio eccessivo ed esclusivo, *inibendo* tutte le altre che non siano con loro associate; e dicesi monomania. Delle quali sono quattro le forme più frequenti, cioè: 1° la monomania delle grandezze o megalomania (così detta da *μέγας grande* e *μωρία pazzia*); 2° la monomania religiosa; 3° la monomania di persecuzione; 4° la follia morale o impulsiva. Nella prima predominano idee grandiose; nella seconda scrupoli, idee stranamente accozzate intorno alla religione e talvolta anche la fissazione di essere posseduti dal demonio, ciò che più propriamente si chiama demonomania; nella terza l'illusione di essere perseguitati; nella quarta un impulso cieco ed irresistibile ad azioni delittuose.

» La mania parziale è la più frequente, anzi talora il disordine è così parziale, che a riconoscerlo è necessario l'intuito del medico alienista, o bisogna almeno che si tratti a lungo coll'alienato analizzandone le azioni, come avviene per es. nella cleptomania. La quale fu così detta da *κλέπτω rubare*, perchè il paziente, pure conservando in ogni altro ordine di idee la mente sana, alla vista di un oggetto altrui, anche senza alcun bisogno, senza alcuna attrattiva, senza alcuno scopo, sente l'impulso irresistibile a rapirlo. Egualmente accade nella monomania suicida. È in questi casi, rarissimi per altro, che ci ha la follia lucida o *ragionante* » (ROSSIGNOLI, *Principii di filos.*, vol I, n. 189-91).

(1) « L'esprit humain ne connaît le particulier sensible que d'une manière indirecte. C'est ce qui découle encore des vérités précédentes. Puisque l'intelligence a pour objet propre et direct les essences abstraites des choses sensibles, c'est-à-dire l'universel, elle ne peut atteindre directement le particulier et le sensible. Elle l'atteint cependant de diverses manières. D'abord, c'est de l'objet offert par le sens qu'elle abstrait l'universel; elle atteint donc le particulier et le sensible par l'universel qu'elle en dégage pour ainsi dire. En outre, elle atteint indirectement le particulier et le sensible non seulement par l'universel qu'elle en abstrait, mais encore par l'universel quelle conçoit, quelle

**Coroll. VI.** — Naturae, seu substantiae spirituales, nequeunt intelligi nisi per conceptus analogicos (entis, veri, boni, pulcri, substantiae, causae, etc.) ex rebus materialibus depromptos ac ratione elaboratos (negando extensionem, divisibilitatem, corruptibilitatem, aliasque imperfectiones proprias rerum materialium), eo quod nequeunt impressionem facere in sensu atque in phantasia repraesentari, ut deinde intellectus generet species intellectivas earum proprias.

**Obi. I.** — Intellectus nequit abstrahere universale a singulari, si iam non cognoscit ipsum singulare. Atqui, iuxta scholasticos, singulare ab intellectu nostro non cognoscitur nisi post universale. Ergo...

**R.** — *Nego mai.*, quippe cum dicimus intellectum abs-

contemple, qu'elle combine; elle le particularise, sans cesse, pour ainsi dire, en s'appuyant constamment sur l'imagination. Car, ainsi que nous l'avons dit ailleurs, elle ne peut faire aucun acte qui ne soit accompagné et soutenu par un acte sensible, par un acte d'imagination: « non possumus intelligere sine phantasmate ». Elle saisit donc l'universel, qui est son objet propre, mais toujours en empruntant le concours de l'imagination, qui fournit des images et autres représentations particulières. L'intelligence connaît donc le singulier avec l'universel (Cfr. *S. Th.* 1<sup>a</sup>, q. 86, a. 1).

» Cette conclusion est confirmée par l'expérience. Tous nous avons conscience de connaître, et de connaître intellectuellement le particulier, elle chose, telle personne. Cependant notre connaissance intellectuelle des personnes et des choses ne comprend en définitive que des caractères généraux que notre esprit découvre dans ces personnes ou ces choses: qualités, vertus, mérites, talents etc. Mais notre connaissance de générale devient particulière par cette alliance de l'intelligence avec le sens. Ces facultés mettent, pour ainsi dire, en commun leurs objets.

» Ajoutons que l'objet de notre connaissance peut devenir vraiment individuel par une sorte de combinaison et de détermination réciproque de concepts généraux. Car, de même que deux lignes, quoique composées chacune d'une infinité de points, peuvent, en se coupant, déterminer la position d'un point unique, ainsi deux concepts généraux, en se combinant et se déterminant l'un l'autre, peuvent donner une idée particulière. C'est ainsi que nous connaissons la nature divine comme unique en la définissant comme la cause première, etc. Mais les premières notions objectives de l'esprit, les notions directes sont toujours universelles et non particulières; sous ce rapport, toute idée est générale » (ÉLIE BLANC, *Traité de philos. schol.*, tom. II, cap. LVI, n. 960).

trahere universale a singulari, nihil aliud insinuare volumus nisi intellectum, in singularibus quae a phantasia illi exhibentur, apprehendere elementum universale, relictis cunctis notis individuantiis. Aliquid simile agit etiam sensus; nam visus, e. g., apprehendit colorem obiectorum, quin tamen apprehendat eorum sonum, odorem, etc.

**Inst.** — Universale non existit in rebus extra mentem. Ergo nequit ex ipsis abstrahi.

**R.** — *Dist. antec.* Universale non existit in rebus extra mentem formaliter et in actu, *conc.*; fundamentaliter et in potentia, *nego.* In natura non existunt nisi singularia; sed indubium est singularia simul convenire quoad multas proprietates quae, si absolute ac per se considerentur, neglectis proprietatibus individuantiis, ex universalibus in potentia fiunt universalia in actu (1). Ergo...

(1) « Qui sta appunto lo sbaglio dell'Abate Rosmini nel suo argomento fondamentale del *Nuovo saggio*, a provare la necessità dell'idea innata dell'ente (*Nuovo saggio*, vol. I, pag. 28, sez. III, c. 1, art. 5). « Il comune, egli dice, non ha nessuna esistenza fuori dell'intelletto... Il senso percependo le cose esterne non può percepire ciò che in esse non è, cioè la nozione di qualità comune. Il senso dunque non può somministrarla alle idee. Dunque ella non può venire dalle sensazioni esterne, ma debb'essere qualche cosa che si trovi o che esca dallo stesso intelletto ». Noi dimanderemo al Sig. Abate se nel suo amico Maurizio, esistente in natura fuori del suo intelletto, c'è realmente o no l'essere di animale, l'essere di uomo, di sostanza, ecc.? Se non ci fosse, non si potrebbe senza falsità classificare quel povero galantuomo fra le sostanze, fra gli uomini, fra i viventi; giacchè non è la nostra classificazione che lo faccia tale, ma dall'esser tale dipende la verità della classificazione. Falsa è dunque, assolutamente presa, quella proposizione « il comune non ha nessuna esistenza fuori dell'intelletto ». Qual cosa più comune dell'essere? Eppure chi potrà negare l'essere all'individuo e a tutte le cose poste fuori dell'intelletto? Forza è però convenire che il comune trovasi ottimamente fuori dell'intelletto: anzi se l'intelletto non può percepire se non ciò che è, la ragione per cui si trova nel nostro intelletto ella è appunto perchè è fuori. Ma fuori è vincolato dalle condizioni materiali, dalle individualità proprie del sensibile, e conseguentemente ivi non può avere la ragione e il modo di comune o di universale, mentre all'opposto nell'intelletto sciolto da quelle condizioni veste la natura di universale. La stessissima cosa è quella che è fuori, e quella che è dentro. Ma fuori ha delle condizioni che non ha dentro; dentro ha delle condizioni che

**Obi. II.** — Ex ipsorum scholasticorum sententia, « nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu ». Atqui haec et non alia est sententia sensistarum. Ergo...

**R.** — *Dist. mai.* Ex scholasticorum sententia, « nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu » eodem modo, *nego*; modo diverso, *conc.* Res immateriales in sensu non inveniuntur nisi per aliquid eis analogum, materiale, singulare. Sic, e. g., angelus in sensu invenitur per figuram quandam juvenis alati; Aeternus Pater invenitur per figuram senis omni veneratione digni; infinitas per figuram extensionis immensurabilis. Quod spectat ad res materiales: — 1) quamplures (substantiae, vires, relationes) non nisi per accidens, implicite, aut per similitudinem quandam, in sensu inveniuntur; — 2) quae inveniuntur per se, explicite, in sensu et in intellectu (colores, soni, sapes, quantitates, figurae, etc.), in priori inveniuntur singulariter, concrete, materialiter; in altero inveniuntur universaliter, abstracte, immaterialiter. Iam nemo non videt quantum differat sententia haec a sententia sensistarum reducendum omnes nostras cognitiones ad meras sensationes, nempe ad perceptiones rerum materialium, singularium, accidentalium, mutabilium, etc.

non ha fuori. Le condizioni dipendono dal soggetto che la riceve. « Natura rei, ascoltiamo S. Tommaso (I p. 76, 2, ad 4<sup>m</sup>), quae intelligitur est quidem extra animam, sed non habet illum modum essendi extra animam secundum quem intelligitur. Intelligitur enim natura communis, seclusis principiis individuantiis; non autem hunc modum essendi habet extra animam ». E altrove più chiaramente ancora: « Quum dicitur universale abstractum, duo intelliguntur, scilicet ipsa natura rei, et abstractio seu universalitas. Ipsa igitur natura rei cui accidit vel intelligi, vel abstrahi, vel intentio universalitatis, non est nisi in singularibus. Sed hoc ipsum quod est abstrahi, vel intentio universalitatis, est in intellectu.... humanitas quae intelligitur non est nisi in hoc vel illo homine: sed quod humanitas apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est ipsum abstrahi ad quod sequitur intentio universalitatis, accidit humanitati secundum quod percipitur ab intellectu in quo est similitudo naturae speciei et non individualium principiorum » (ibid. 85, 2, ad 2<sup>m</sup>). Esiste dunque il comune in qualche modo anche fuori dell'intelletto, sebbene singolarizzato dalla materia » (GIUS. CARD. PECCI, *Studi sulla Psicol.*, in ephemer. L'Accademia Romana di S. Tom. vol. 8, pag. 476-8).

**Obi. III.** — Angelicus Doctor passim affirmat cognitionem primorum principiorum, tam speculativorum (ut, e. g., *nequit idem simul esse et non esse; totum est maius sua parte*), quam practicorum (ut, e. g., *bonum est faciendum, malum est vitandum*), esse nobis naturalem, ingenitam, innatam. Porro plures SS. Patres idem affirmant de cognitione existentiae Dei. Ergo Angelicus ipsique SS. Patres innatismo adhaerent.

**R.** — *Conc. ant.*, et *nego cons.*, nam locutiones relatae ab adversariis, innatistis, alio omnino sensu accipiuntur quam a suis auctoribus acceptae sint. Et vero, quod ad Angelicum attinet, ipse: — 1) digestis verbis multis in locis docet etiam prima principia *a sensibilibus accipi per abstractionem*; — 2) quonam sensu affirmet cognitionem primorum principiorum esse nobis naturalem, aperte declarat in 1<sup>a</sup> 2<sup>a</sup>, q. LI, a. I, scribens: « Ex ipsa... natura animae intellectivae convenit homini quod statim cognito quid est *totum* et quid est *pars*, cognoscat quod *omne totum est maius sua parte*; et simile est in caeteris. Sed quid sit *totum* et quid sit *pars* cognoscere non potest nisi per species intelligibiles a phantasmatibus acceptas. Et propter hoc Philosophus, in fine Posteriorum, ostendit quod cognitio principiorum provenit nobis ex sensu ».

Quod attinet ad SS. Patres, qui de cognitione Dei in nobis insita loquuntur, idem ferme cum Franzelin observandum est, nam: — 1) « Statuunt Patres illi ipsi... principium generale, animam, quandiu cum hoc corpore mortali unam naturam componit, non nisi a cognitione sensibilibus primum progredi ad cognitionem intellectualium et nominatim Dei ipsius ita, ut illa huic necessario supponatur, et haec illi tanquam cuidam ascensionis gradui insistat »; — 2) « ex contextibus, in quibus illae locutiones occurrunt, vel saltem ex collatione doctrinae auctorum aliis in locis expressae apparet ideo dici cognitionem insitam et cum natura rationali consortam, quia existentia Dei ad eas veritates pertinet, quas humana ratio, quando intellectus iam ideis ad expeditum exercitium necessariis informatus est, ex facili et omnibus obvia consideratione rerum lumine sibi insito et vi

congenita assequitur, quin vel specialis et scientifica animi cultura vel reflexa ac difficiliora ratiocinia vel extrinsecus accedens de hac veritate sive institutio humana sive revelatio divina praerequiratur » (*De Deo uno*, th. VII).

**Obi. IV.** — Nullus potest verum respondere nisi de eo quod scit. Sed aliquis, etiam idiota, non habens scientiam acquisitam, respondet verum de singulis, si tamen ordinate interrogetur; ut narratur in *Menone* Platonis de quodam puero Socrati oblato. Ergo antequam aliquis acquirat scientiam, habet rerum cognitionem: quod non esset, nisi anima haberet species naturaliter inditas.

**R.** — *Dist. min.* Idiota, non habens scientiam acquisitam, respondet verum de singulis, si tamen ordinate interrogatur, quia hic et nunc acquirit scientiam rerum de quibus ordinate interrogatur et respondet, *conc.*; quia habet scientiam innatam earundem rerum (sicut fingit adversarius et sicut fingeat Plato quem penes *apprehendere* idem erat ac *reminisci*), *nego* et *nego* item *cons.* « Ordinata interrogatio procedit ex principiis communibus per se notis ad propria. Per talem autem processum scientia causatur in anima addiscentis. Unde quum verum respondet de his de quibus secundo interrogatur, hoc non est quia prius ea noverit, sed quia tunc ea de novo addiscit. Nihil enim refert utrum ille qui docet, proponendo vel interrogando, procedat de principiis communibus ad conclusiones: utrobique enim animus audientis certificatur de posterioribus per priora » (*S. Th.* I, q. LXXXIV, a. III. ad 3<sup>m</sup>).

**Obi. V.** — Iuxta D. Augustinum nos omnia cognoscimus *in incommutabili veritate* (h. e. in Deo et *in rationibus aeternis* (ipsius Dei). Atqui haec est sententia Ontologorum. Ergo...

**R.** — *Dist. mai.* Iuxta D. Augustinum nos omnia cognoscimus in incommutabili veritate et in rationibus aeternis tamquam in obiecto cognito, *nego*; tamquam in principio cognitionis, *conc.*, et *contrad. min.*, *nego cons.* « Cum quaeritur utrum anima humana in rationibus aeternis omnia cognoscat, dicendum est quod aliquid in aliquo dicitur cognosci dupliciter: uno modo, sicut *in obiecto cognito*; sicut ali-